

# Tercius.

# Tractatus

ens in alio et sic predicatur secundum diversas rationes. et ideo non predicatur uniuoce. sed potius equiuoce aut multipliciter. Predicari autem equiuoce est predicari uno nomine et rationibus diversis secundum illud nomen sumptis. ut canis uno nomine predicatur de cane latrabili sidere celesti et pisce marino. Non autem secundum illud nomen ratio est eadem omnibus. sed alia et alia. Denominatiua dicuntur. quecumque ab aliquo solo casu sunt differentia. et secundum illud nomen habent appellatorem. ut a grammatica grammaticus a fortitudine fortis. Unde grammatica et fortis predicantur denominatiue. Et ergo accidens denominatiue dicitur predicari.

Hic occasione predicorum ostendit quid sit uniuoce. quid equiuoce. et quid denominatiue predicari. dices primo quod uniuoce predicari est predicari de uniuocatis eodem nomine et eade ratione equaliter participata secundum illud nomen. sicut animal predicatur de hie et asino. Tunc concludit et diffinitioe uniuocorum quod ens non est genus quia non predicatur uniuoce. sed uniuocam rationem de substantia et accidente. quod quando predicatur de substantia tunc ens per se predicatur. sed quando predicatur de accidente tunc ens in alio predicatur. sic est alia ratio entis in quantum de substantia predicatur. et in quantum predicatur de accidente. licet sit idem nomen. non tamen predicatur ens pure equiuoce. Pro quo notandum quod tripliter aliquid predicatur. Uno modo secundum idem nomen et eadem rationem simpliciter. et sic est predicatio uniuoca. Alio modo secundum rationes omnino diversas. et sic est predicatio equiuoca. Tercio modo secundum rationes partim eadem et partim diversas. et sic est predicatio analogica. quod modo ens de substantia et accidente predicatur. Aliorum membrorum declaratio sufficienter habetur in littera. et etiam in tractatu immediate sequente. et sic in isto tractatu in quo finit sed incipit tertium. ut finit et principium illorum tractatum sunt determinatiua.

**S**i tertius esset verus sequitur quod animal equiuoce predicaretur de homine et asino. Sequela probatur. quia ratio animalis secundum unumquodque animal est altera et altera. quia secundum quod dicitur de homine est animal rationale. et secundum quod dicitur de asino est animal irrationale. Dicendum quod licet sit alia ratio animalis specialis secundum quod dicitur de homine et asino. est tamen una ratio generalis. quia conceptus animalis qui dicitur de homine et asino abstrahit a rationalitate et irrationabilitate. et equaliter participatur ab ipsis. sic autem non potest deceptus entis si talis ponatur. licet Scotus minus probabiliter contrarium sentiat.

Et hec de secundo tractatu sufficiant

**Q**uia in initium  
tercij tractatus est de decem predicamentis secundum quod subijciuntur item rationibus secundis. et secundum quod considerantur a ratione per quam eis attribuitur predicata in categoriis. et tractatus est ex libro predicamentorum Aristotelis. Querit primo quare iste tractatus tertius sequitur secundum ordinem. Idem quod 10. quod in secundo dicitur de rationibus aut diffinitioibus ipsorum. Alium seu predicabilem. et in tertio determinat de ordine ipsorum. sicut in predicamentis. sed primo oportet scire rationes predicabilium. an possimus ea ordinare. quod ille ordinare nescit quod rationes ordinabilium ignorat. Et iste tractatus tertius preedit quartum. quia in tertio determinat de partibus remotis ipsius argumentationis. et in quarto de tota argumentatione. sicut per ordinem nature est ante totum.

**S**equitur  
Iste tractatus tertius deberet preeditur primo. sed ordo est malus. Anus probatur. quod in primo determinat de predicabilibus et in secundo de partibus remotis. sicut simpliciter sunt predicabilia. et in tertio duplex est ordo. sicut nature sue doctrine. et quod ad nos sue discipline. ordinem nature simpliciter sunt predicabilia. et in tertio etiam tractatus deberet preeditur primo. sicut ordinem discipline facilliora sunt predicabilia. et sic tertius tractatus sequitur primo. Unde per hoc. sicut servat ordinem discipline. quod est in structo iuueni. sed Aristoteles attendens ordinem nature primo posuit librum predicamentorum. secundo peribementarum tertio nouum logicam. Et hoc 10 quod tres sunt operationes intellectus. prima operatio est simplicium apprehensio. et illa correspondet huic parti logicę quod tractat in predicamentis. quod per illam intellectus in prima operatio dirigatur. Secunda operatio est oppositio et diuisio. et illi operationi correspondet liber peribementarum qui dirigat intellectum in secunda eius operatione. Tercia operatio est discursus rationis sine argumentatione. et illi correspondet tota noua logica. que intellectum in illa tertia operatione dirigat. Et per istas tres operationes intellectus Aristoteles ordinat libros suos logicales.

**Q**uerit  
Anum de decem predicamentis sit scientia. Dicendum quod sic. quia de illis est scientia que conueniunt in aliquo communi subiecto cui demonstratur inesse propria passio per verum et adequatum principium. sed decem predicamenta sunt huiusmodi. ergo de ipsis est scientia. Quod probatur. quia conueniunt in illo communi subiecto quod est ens dicibile incompletum et ordinabile in genere secundum subiectum supra. per substantiam cui talem ordinem significant. Etiam habent passiones que est ordinabile in genere. sed principia sunt antepredicamenta. quia ex illis trahuntur quatuor conditiones requisite ad hoc quod aliquid sit in predicamento. que conditiones debent sumi loco principiorum. quarum prima est quod sit ens incompletum. secunda. quod sit ens extra animam. tertia quod sit ens limitate nature. quarta quod sit uniuersale vel particulare. Et sic demonstrato rationale ens incompletum extra animam limitate nature uniuersale vel particulare est ordinabile in genere. sed ens